

De Enunciationib. Modalibus. &c. 315

h. m. *Necesse est Q. corpus naturale esse elementum.*

36. Not. De particulari negativâ de modo *Necesse* docet Aristot. l. c. § 4. eam non converti, id quod intelligendum est de duabus speciebus conversionis hic ab Aristotele traditis, & sensus est, particularem negantem de modo *Necesse* non converti simpliciter, nec etiam per accidens in aliam diversæ quantitatis; hęc tamen non obstante videtur converti posse particularis negans per contrapositionem, e. g. hæc: *Necesse est Q. coloratum non esse album*, converti potest h. m. *Necesse est Q. non album non esse non coloratum*, vel, per æquipollentiam, *Necesse est Q. non album esse coloratum.*

37. Priusquam ostendatur, quomodo convertantur contingentes, sciendum (2) ex Aristotele lib. 1. prior c. 3. contingens non eodem modo dici: Contingere enim dicimus, inquit Aristot. d. l. & quod est necessarium, & quod non est necessarium, & quod est possibile. Vid. Alexandr. Aphrod. ad d. l. Hinc sumitur Contingens prout describitur nobis l. 1. pr. c. 13. pro eo, quod rum non sit necessarium, si ponatur esse, nihil inde sequitur impossibile. Conf. Alex. ad

f. l.
30. (3) Notandum est, contingens strictè